

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Acceptio personarum n  
cum uariis

Vos non attenditis merita causarum sed personarum, non iura sed munera, non quod racio  
dictet sed quod uoluntas affectet, non quod senciat sed quod mens cupiat, non quod liceat  
sed quod libeat. Nunquam in uobis est ita simplex oculus ut totum corpus sit lucidum, sed  
aliquid semper admisces fermenti quo totam massam corrumpitis.

Innocencius libro II. de uilitate condicionis humane.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

dictet] dictat C; admiscetis] admittis P V<sup>1</sup>, admittitis V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>